



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ortv Ac Progressv Artis Typographicae Dissertatio
Historica**

Mallinckrodt, Bernhard von

Coloniae Agrippinae, 1640

Æqvo Et Veritatis Stvdioso Lectori. Sal. Plvr. Dico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11780



ÆQVO ET VERITATIS STV- dioso Lectori.

SAL. PLVR. DICO.



E Q V E partium studio , neque odio cuiusquam , le-
ctor benigne , impulsus , hinc de Typographia initis &
progressibus conatum meum in publicum protrui , ti-
bique si annuis & afficeris legendum & censendum ob-
tuli . Permonuit me tum ingentius quidam , pauloque
tterior erga bonas literas , deque illis quo cunque no-
mine bene meritos affectus , tum innocentiae iniuste
afflictæ pressæque patrocinium , quod ex opere ipso , si tanti tibi vide-
bitur , te cognoscere malo , quam hic paulo ambitiosius , vt nonne-
mini forte suspectus fierem , à me venditari . Hollandis , cur decora
sua , quæcitra aliorumillis iniuriā debeatantur , inuidere velim , causam
non habeo : Ac alias etiam in suum cuique tribuendo , affectuum &
cupiditatum fordes in consilium admittendæ nonsint . Nec possum non
amare Bataviam , quæ plurimos Ecclesiæ Christi Catholicæ , & lite-
rariæ reipublicæ dedit & protulit præclarissimos viros , interque cæ-
teros facile principem Erasmus Roterodamum , erga quem , vt de cæ-
teris raseam , singulatiter me , quatenus censura Catholicæ pietatis , &
potior amore quorumvis incorrupta veritas , permittunt , affici , non
cupiam diffiteri , idque , si Deo placebit , & vita ad hoc suspetet , pe-
culiari opere de vitâ & scriptis illius viri , & quanti , fide & probitate tal-
uis ab illis , qui obedientiam Romanæ Ecclesiæ Sedisque Apostolicæ pro-
fitentur , estimari fierique possit , breui , vt spero ostendee laborabo .
Quam procul autem à me sit erga nationem hanc auersior animus , è se-
quenti Epigrammate , quidam Iosephi Scaligeri Hollandica miracula am-
plificatum & auctum iri vtcunq; constare volo , cui etiam in lecto oris gra-
tiam ipsum Scaligeri carmen præmitti quis vetet aut improbet ?

IOSE-

Extat in-
ter opuscu-
la eius va-
ria anno

1612 Frä-
cofurtte-
dita.